RATIONES TEXTVS HEB. ET EDITIONIS VVLGATAE.

A 213

Differentiarum ferè ſexmillium uerborum in Pſalmis omnibus exiſtentium:

Nunc primùm explicatæ, & editæ.

Per Reuer. Sac. Theol. profeſſ. F. Lucret. Tyroboſcum Aſulanum Carmel.

CVM PRIVILEGIIS,

es del Collegio trilingue
C 13 N° 30

VENETIIS,
Apud Chriſtophorum Zanettum.
M D LXXII.

BIBLIOTECA ... SALAMANCA

PROOEMIVM

QVANTAM antea deploran-
dis in ſæculis cunctis confuſio
nem ſint experti patres, ex
temporum ſucceſſu facillimè
colligi poteſt; etenim eo anno
quo Phalec natus eſt, ex glo-
riæ inanis cupiditate ei coæui, relicta fide in Deum,
quæ promiſſionis illius conſeruandi uiuentes eſt,
fabricare turrim per celebrem nixi ſunt, ut poſte-
ris ſeruandi ſe à cathaclisi, ſi quando ea in futu-
rum contingeret, perfugium pararent, non ſanè cha
ritate, ſed celebrandi perpetuò nomen gratia mo-
ti: qui quia non conſenſerunt cum Deo, & uolun-
tate diſcordi, & linguis diuerſis confuſi ſunt, man-
cipium Diaboli ex Dei ſeruis facti. Non ne, &
noſtris primis Eccleſiæ patribus, licet non paria in
malo, ſed quadam tamen ratione finitima, contige-
runt? qui licèt eandem fidem haberent, non ſolùm

irrefragabilem ueritatem habere, apti futuri ſimus: ac tandem affectus ſedare in ea, ne deinceps tanto ſitis ardore ad requirendam ueritatem textus hebræi, & extollendam eam, ita, vt olim eramus, propenſi ſimus.